fixe in ascendente sunt corporis dispositores
Unde erit natus disposicionis pulcre stature
procere corpulencie mediocris ad albuz suste
me cu mixtuz hagens pauco rubore Ocu
lorum mediocrium et pulcerrimorum in cuius
complexione vincet humiditas Caput eius
erit debile et reumaticum Lingua non facile
volubilis bone stellarum fixarum nature sat
urni et veneris comitarum per circulum posicionis
cum mercurio ipso ad saturnum applicante Unde
erit lingue aliqualiter tardioris aut non de
bite aliquas litteras proferentis Ex reuma
tibusque capitis et dencium et aurium inter
dum senciet incomoda et aliqualiter oculi
dextri In collo bene sanus erit In humeris
brachiis manibus pedibus ei portenditur
In disposicione in ~~corpore~~ pectore signat gravitas
in egritudines pectorales habebit difficultatem

Inspirandi pulmonis eciam aliquas mole
stias in intestinis exterioribus punctiones
Et circa renes in pedibus præsertim circa tibias
signatur ei lesio aut vulnus Cor aut et vir
tus vitalis quantum esset ex se satis bonam debet
habere valitudinem nisi nocumentum afferret
pectoris aliqualis indispositio Virtus natu
ralis satis conveniens Retentiva bona Ex
tractiva fortis Imaginativa et fantastica
puta equidem si non bene tenetur Vegetas
satis conveniens Vires aut fortitudo to
cius corporis parva propter planetarum
corporis dispositionem occidentalitatem

Egritudines Corporis

Et si Venus dna sexte egritudines evita
cuare videatur propter sui presenciam in sexta
signat tamen egritudines ex inordinato victu
Ex crapula potacioneque provenientes et ex
usu inmoderato rerum venerearum Saturni aut
Comixtio cum iove uno aspectu in octava signat
super egritudines longas et cronicas Itaque
Stelle fixe tam in ascendente quam in septima super
egritudinibus calidis habeant significacionem
Circa quintum annum aplicabit delphini stella
matutina aspectu portendens egritudinem partim
ex frigiditate partim ex caliditate Anno
eciam sexto circa medium signatur egritudo at
ultra aut lesio Anno septimo eciam aliqualis
indisposicio eveniet que maior timenda est octavo
ex frigiditate Anno nono circa principium me
dium signatur ei indisposicio ex caliditate aut pu

stule vel ulcera aut lesio ab aliqua bestia
Verum omnes egritudinum contingencie melius
videri possunt ex annorum revolucionibus quae
ad presens omittuntur

Qualitates anime

Erit natus industrius invencionis prompte
Consilii boni ingeniosus inconstans tamen et per
mutabilis interdum benignus et affabilis non
nunquam iratus et subito excandescens et impetu
osus racione stelle fixe de natura martis in ascen
dente Non tamen erit ire retentivus Erit eciam
frequenter cogitativus Verum eciam ad subli
mia quedam animus eius erigetur Cupidus the
zaurizandi Sed interdum prodigus usum rerum si
nans toto tempore vite sue

Fortuna in diviciis

Saturnus significator diviciarum in octava
Iovi uno aspectu coniunctus divicias non medi
ocres licet cum magnis gravitatibus decrevit
que teste ptolomeo potissime venient ex he
reditatibus mortuorum Signat tamen saturni si
tuacio in octava quod frequenter natus solli
citabitur pro diviciis acquirendis et multo
cies cedet labor in irritum et signat quod ut
cum iudeis vel per iudeas aliqua lucra quere[t]
Mars in opposito partis fortune signat dispersionem
aliquam futuram eius bonorum aut dana ex ira
vel ex hominibus marcialibus aut propter aliquos
inimicos Amici eciam quesiti interdum ~~exhibe~~ exhi
bebunt occasionem distractionis eius pecuniarum

Ex Ioue tn ciclo et significatore natis natus
non poterit esse pauper iuxta vm almaza
ris xij Et propter stellas fixas pmi honoris
in x signatur ei diuicia ex dominis et of
ficijs seu presidencia in qua constituetur
quile aut stelle in ascen in parte reddet
rapacez seu violentez pro bonis agentez quod
magis suspicor illuz facturuz inimicis qz sub
ditis propter martez in octaua toberior seu
fuissz fortuna in diuicijs Si aliquis ex dominis
triplicitatis lunaris temporis fuissz angu
laris

De fortuna in honoribus et exaltacione

Iupiter in exaltacione cuz satno qmis no
dito sublimacoz seu signat et honoruz am
plitudinez in grauitate quidez venturam
et multoruz contradiccion et inuidia que
magis latenter agetur qz manifeste ppt sat
nuz decreuit eciaz stella fixa in decia di
gnitates iuxta vm ptolomei quadragesimum
sextuz maior aut fortna speranda in etate
media

Fratres

Noie frm et fere intelligunt scdm ptolome
vnde sorores habiturus est multas vt osten
dit domus tercia cuz Ioue vm saturnus per
mortez nonnullas tollet emedio

Coniux

Si vxorari voluerit signat illi coniux in
geniosa et proba verum et plures illi coni
ges portenduntur ex quibus plures femellas

qz masculos poterit procreare Status in coni
gio [taniter] erit bonus licz medius se ingerent
quedaz difficultates

Serui

Seruos bonos illi venus pollicetur et pulcros
in quos satis erit liberalis et munificus Con
bonus status portendit sz mis erunt eciaz sz mi eis
industrij propter mercuriuz

Itinera

Itinera eni luna multiplicat plurimuz Sz
tanda eadem minuit Non faciet quidez itinera
longa que no erunt ei pfectuosa et in quibus
multa expendere poterit propter martez eciaz in loco
itineruz existentez sz mi halivodaz qui ex
opposito pspicit partez fortune


Amici qsiti

Amicos quesitos paucos habebit et pauruz
proficuos marciales seu erunt ve pluriuuz

Mors

Vtruqz lunare saluuz ab infortunis et impu
In octaua violente domino pstinant amorte
violenta a no naturali verum ppter vtrauqz
Infortunaz in octaua bonuz est vt vt se pstinet
natus ab aqua ppt saturnuz sitr a causo vel
ruina et ab aliquo aiali fere nae propter mar
tem Annum periculosiores signati sunt qui
bus addo annuz tricessimuz septimuz Comple
tuz vltra aut annuz sexagesimuz terciuz no
veniet qz qz ante hoc possit mori promptе In sin
gulis anorum eius reuolucoibus apparuerit di
ligentr eas calculanti

Finis



Stella fixa prima magnitudinis in decima natiure qui uno gradu distans a cuspide perfecto magnam exaltationem possit exibere nato ex rebus mercurii. Dixit enim hermes quod talis erit nobilis fortunosus dives magne sapiencie versificator cum planetarum platis cantus / eritque amator sapientum / pacificus alacer / multosque habebit sequentes / verax dilecti eloquii amans aliis benefacere dilectorque mulierum amabitque laudem et honorem hec ille. Stella tamen prope ascendens ad impetuositatem aliquantulum inclinabit natum.

Iste natus circa natum annum vicesimum primum poterit habere infirmitatem ex causis calidis et poterit esse cum putrefactione humorum vel ab aliquibus rebus venosis in potu exibitis. Erit itaque in periculo nisi sibi precaverit pro illo tempore. Anno tamen quinquagesimo perveniet ad

periculum neque creditur vita ipsius posse longius extendi / Eveniret autem tunc mors deberet ex infirmitate longa cronica que exhauriet virtutem vitalem nati et naturalem / Neque examinatus peribit vel eveniet ab aliquali infirmitate frigida et ventris solucione.

In corpore autem disponetur satis decenter racione iovis venerisque ac mercurii. Virtutem tamen vitalem habebit mediocrem immo debilem / sic et cor. Non vir poterit esse magnanimus propter solem impeditum in aquario per saturnum. Omnis tamen virilis in multis apparebit propter luxuria masculina.

In factis suis erit discontinuans / et inconstans in moribus / rebus pulchris delectabitur et in illis in quibus est subtilitas cum quadam voluptate ex mercurio cum ipsa venere coniugato.

Non multum prosperabitur in divicijs quia perdebit et saturnus cum sole in secunda aliquas gravitates et dana. Verum tamen quia saturnus est in domo sua non deberet esse dilapidator omnium bonorum quia magis avidus et tenax in cognatis pecuniis. Pars fortune in quarta cum cauda draconis diminucionem quandam portendit in rebus bonorum hereditarijs et inmobilibus / et quia mars est in medio celi in suo detrimento domino partis fortune fortasse poterit natus occasione aliquarum dignitatum assequendarum aliquam diminucionem prestare suis bonis / et quia sol combussit dominum secunde in secunda / et idem sol habet dominium in secunda in signo in quo est dominus ascendentis consumet natus suas substancias ab illis qui dominabantur ei / non immutet nobilibus / et alijs personis alti

Status / et parum cum illis verset(ur) neq(ue) se ingerat in officia eorum q(ui)a vix erit absq(ue) da no rerum suarum ex(tr)ina predicta

Exaltatio aut(em) honoris q(ui)a valitudo (com)mittitur huic nato / ex luminib(us) in signis mut(?) sculinis et maxime ex luna d(omi)na temporis existente in angulo Item vene(re) d(omi)na domo decie in asc(endente) poterit itaq(ue) nato convenienter sublimari / que sublimitas fuisset maior Si sat(ur)n(us) no(n) infortunasset solem Caput eciam draconis addit testimonia p(ro) sublimation(e)

Si coniugium eligitur poterit habe(re) plures uxores intestante signo (...) in septima Et si in signo (...) uxoresq(ue) illius iocunde et satis provide deberent fore ex (...) cum (...) configurato Luna q(ui)a p(ri)us applicabit veneri Verumtamen tardari debere coniugium Quia luna est in q(ua)rta occidentali / tum vero solis tum vero ...i (...) Promittitur q(ui)a (...) proles sed no(n) multa q(ui)a (...) est in domo filiorum Et p(ri)mum erit feminea ex venere In ascendente Alit(er) q(ui)a venus dominat(ur) in medio celi ubi prope presentia martis danat filios masculos vel nonullos per mortem tollit Idipsum testat(ur) solem (...) sat(ur)no in (...) domo q(ui)a Etiam Sat(ur)n(us) dominat(ur) in decia a qua ptolome(us) filiorum accipit indicium


Mercurius in signo (...) existens d(omi)n(u)s none / et Iupiter retrogradus d(omi)n(u)s ascendentis et tercie / sit (...) natus in rebus pertinentib(us) ad fidem vel religionis obstinator Plerumq(ue) dubitabit Et hoc

Quatuor est ex inclinaton(e) celi gra(tia) est (...) dei p(otes)t aliud operari

Itinera et si frequenter faciet salua (...) tamen mars se inclinans ad nonam no(n) numq(uam) dana ant gravitates ex latronibus nato minat(ur)

Amici (...) nati parum erunt ei accomodi parumq(ue) fideles / qui magis timidi erunt q(ua)m (...) eorum expostulat et qui separare se cupient a nato et nato parum (...) de eis curabit

Inimici erunt astuti et fraudulenti / parum tamen obesse vel contra natum




Mars d(omi)n(u)s asc(endentis) in (...) robustus in domo propria sine venenaure fortunarum / inimicicias occultas et machinaciones in destruccion(em) (...) occasion(em) dicti beneficij potende videt(ur) Quare (...) est ne p(er) aliquem potentem platum (...) fiat / autem

(...)

magna condition constitutum hoc quia
cum luna nove seu parte fortune in
nona fortunis applicas laudi et honoris
amplitudinem vre magnificencie pollicetur
et ad bonum finem perducet. si quid dissensionum
subortum fuit. mars quarto aspectu inficiens
partem fortune et domum ipsius corporali presen
tia ledens destructionem et impedimenta quedam
in quibusdam minatur aut aliquas direptiones
et timeat ne ipse invet possessor prebeat his occa
sionem quia mars est dominus ascendentis. quia etiam
inimici noui [illegible] prebebunt impedimentorum et
destructionis quia tamen quia mars est dominus
sexte

Posses impedimenta etc. apparet habenda erit ma
gna diligentia his temporibus usque ad festum
[illegible] domini. sed neque [illegible] a festo [illegible]
[illegible] ad festum Jo. baptiste. Item usque ad visitationem
marie a festo Marie magdalene ad finem Julii. [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] habenda et bona [illegible]
et [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] non [illegible] [illegible] aut
[illegible] non [illegible] [illegible] [illegible] futura [illegible]
[illegible]



De statu dispositione generali vite prima
pars est de gubernamento saturni et vite quia
saturnus est dominus triplicitatis ascendentis primus
et habet plures dignitates in ascendente ipse
quia saturnus in quarta domo unde designat
illum in etate eius iuvenili debere intendere
cumulacioni bonorum et applicare animum suum
pro augmentacione bona inmobilia et providere
cultus terrarum et edificia aliqua sit etiam
tunc non nullos labores saturnus talium re
rum occasione et egritudinum seu debilitacionis
corporis non numquam molestacionem. Et quia luna ex
domo nona illi applicat et est in domo mer
curii in domo illa etate faciet natum satis
promptum in rebus gerendis sollicitum et in
dustrium magnum sensus et cogitatus et in
suis rebus diligentem itinera facientem plura
et rebus bonis et divinis non parum inten
dentem et quoniam mars propter sui presenciam
in ascendente signet etatem illam debet natum fa
cere cum impetu et vehemencia et frequenti
ex ca dissentia in iracundia illum tamen modere
Iracundie [illegible]

ti. preclare doig. dns doig. [illegible]
[illegible]
[illegible] mars

rabitur saturnus ad quem luna fertur per
tium iuxta dictum ptolomei 23 et hali ibidem
racione saturni in quarta timebit pericula
in rebus subterratis

☿ Secunda pars vite erit de gubernamento mer
curij et quia mercurius est fortis libera sole
et in domo propria significat tunc ingenij
vivacitatem et loquendi pericia et opera sub
tilia quibus intendet et sollicitudinem cir
ca sciencias et libros aut mercacias Et

♃ in ☿ configuratus quia iupiter est illi configuratus et est dominus
partisfortune et est in domo quarta sit illud per
etate media proventum hereditatum et divi
ciarum et bonorum ymobilium et non mediocra
comoda ex rebus subtractis eritque tunc hono
ratus et ampli nominis intelligens copletus
et bone receptionis tenebitque aliqua officia re
gum aut aliorum potentum Ceterum quia

☿ in viij quoniam est ♃ in octava in domo sua et domi
nio partisfortune configuratus bona pro
uenient ei occasion mortuorum et dotis uxo
ralis quia mercurius est in secunda a
septima signat eciam aliquas inimicicias
a vicinis quas tamen iupiter moderabitur
et quedam figmenta occasion mortuorum

♃ Ultimam partem vite gubernabit ♃ unde
Si ad etatem illam pervenerit natus Erit
vero magnus honoratus fortunatus in ab
sconditorum invencione notus regibus
et cultus terrarum exercebit et heredita
bit possessiones multas videbitque semper
incrementum glorie et laudis in rebus
suis optimis gaudebit fructibus lucra
honores et utilitates experietur ab altis

Dominibus verum tamen quia mars est eleva
tus super ionem in decimo signo timeat
in orbibus totis partibus et maxime in prima
et ultima parte anxietatem propter divi
cias et impedimenta hominum marcialium vel
propter aliqua officia regum et causabitur
cum hominibus

De disposicion corpor[is]

Venus mars ac mercurius sunt cor
poris dispositores
Erit igitur natus iste propter venerem di
spositionis decentis apte carneitatis pul
chrorum oculorum mediocrorum Et propter
martem qui est in ascendente erit ypatho
tendens ad rubedinem cum calore fusco
capillorum crispitudinem pferecium coloris
castaneoli propter mercurium qui dominatur
in loco lune statura eius mediocris in
complexione vincet caliditas propter [illegible]
martem et humiditas ex venere Dispo [illegible]
sicio membrorum [illegible]

Propter martem in ascendente et ♄ in sexta ha [illegible]
bebit caput interdum granatum propter cali
ditatem in eo eciam vel in facie timeat [illegible]
volnus vel lesionem aliquam ex qua posset
remanere cicatrix iuxta dictum ptolomei 19
oculorum mediocris disposicio presertim in oculi
dextro vel prope dextrum canebit sibi a
lesione id tamen non erit notabile pote
rit eciam in eo interdum sentire dolorem
acutum sed non diu Mares propter vene [illegible]
rem et mercurium bene proporcionabitur

auris sinistra (?) os

In auditu sinistro etiam non numquam indispos
senciet ex marte in aspectu retrogrado soli
o potd quia tamen iupiter eum respicit quarto
pro magna parte tollit indispositionem et si
aliqua apparuerit omnino faciliter medicorum
dextra ♄ ♃ auxilio propelletur In dextra vero aure
ex iove et saturno promittit bona vali
lingua ☿ tudo In lingua et vocis expressione satis
dis(t)inctus propter mercurium salvum et iovis
radijs illustratum Vir non solum impe
dimentum non apparebit in eius vocis for
macione sed et satis eleganter et copiose
et prudenter poterit verba facere
collo In collo mediocritas dicitur ibi
radijs quarti saturni et opposito martis
et solis veneris que pauca multa mode
rantur

Manus In manibus humeris propter mercurium
fortem et lunam iovisque benivolum aspe
ctum ad mercurium fortis et bene valens
erit raro indispositionem aliquam illic suscipi
pectus pulmo ens In pectore pulmone sane beneque
dispositum ostenditur eo quod luna salva
stomacus est et ~~est~~ supra terram circa tamen precor
dia ex calore indispositio vel cordiaca
egritudo nonnumquam timenda ex eo quia sola
marte impeditur signum quod sol tam sol
quam mars quadrato aspiciunt marsque est in
ascendente quidquid tamen huiusmodi appa
ruerit propter iovem tam martis malici
am refrenantem quam solem ipsum protegentem
notabile quid esse non poterit Dextri etiam

Lateris membra faciliter sentiet ex superca
lefactione aliqua debilitatem non nullam
In stomacho satis bene ventreque ylijs stomachus
Vesica circa partes pudendas fortis et po
tens non numquam tamen ulcerationes vel alia im
pedimenta ex caliditate timeat Vir erit na in virga
tus magni membri et lascivus et in illis
membris calidus In coxis bene valens coxis
et pedibus preter id quod interdum pe talos acci
piet nonnullam indispositionem
Vissa propter saturnum bene dispositum erunt forcia ossa
Vesica splen bene disponetur Membra late
ris sinistri ~~bene~~ forciora et melius apta
quam dextri propter lunam salvam Virtutes
corporis sic disponentur virtus vitalis
mediocris ymo interdum occasionem malam ad egri
tudines illi mars prestabit suo calore Cor eci
am erit estuans et calidum ideo regio cor
dis et pectoris tendetur ad amplitudinem et pilo
rum in pectore poterit aliquid apparere Et
in caliditate ~~aliqua~~ nimia cordis prebebun
tur occasiones infirmitatibus et erunt vene
pulsantes sicce et tense et erit in eo freque
ter pulsus fortis et hec dispositio cordis in
caliditate erit non tam a se ut bona fieret
Inde manerues quam ab aliquo extrinseco
aut preternaturali calore ledente
Virtus naturalis bona et apte sua officia prose naturalis
quetur Epar bene complexionabitur ubi tamen non Epar
numquam propter saturnum lunam aspicientem ad quem
vene applicat per quartum non nullas oppila
tiones timeat et quia venerem respicit Saturnus opilationes
[illegible]

Ocultam sub radiis solaribus eueniet quedam turpitudo in coitu siue feditas quam ipse occulte faciet et exinde eciam eueniet quedam

Debilitacio in parte apetitiua Virtus vegetatiua ex racione angulari fortis et bene consequens sua opera verum quia mars quarto radio racionem aspicit non nichil tollit de illius bonitate consumendo humores colericos qui ipsius nati vegetacioni deseruiunt

Attractiua fortis vt plurimum propter martem in loco forti situatum et in domo propria Retrogradacio tamen sua difficultates interdum efficiet

Irascibilis virtus ex marte angulari vehemens et impetuosa Iupiter tamen quarto aspiciens cito posse natum desistere ab ipsius feruore ostendit

Apetitiua ex venere in angulo septimo in domo propria conueniens Ex eo tamen quia est tendens ad quartum saturni interdum apetet res grossas et viles vel frigidas vel aquosas et ex marte situacio in ascendente delectabitur in rebus acutis et ignitis vel calidis iuxta verbum ptolomei

Retentiua ceteris virtutibus potencior propter bonum esse ipsius Saturni

Expulsiua propter lunam bene dispositam

Vires sensitiue interiores quibus racio vti velut quibusdam instrumentis disponetur Satis benigne propter mercurium fortem a racione aspectum et propter lunam in domo mercurii

Existentem vnde nunquam natiuitatis vsum racionis amittet aut in pestilencias anime corruet Et de virtutibus sensitiuis interioribus memoria eciam erit prompta in recipiendo sed non valde fortis in retinendo

Fortitudo tocius corporis mediocris non nimium excedens nec multum depressa propter planetarum orientalitatem et occidentalitate equalitatem

Morum et qualitatum anime dispositor principalis mercurius est cui multum participat racione aspectus et saturnus ad quem confertur luna et tandem mars in ascendente constitutus aliquid addit

☿ In domo sua iunctus ♃ facit sapientem ☿ et signo masculino in die existens dominus sapiencias ♃ et ☿ bone intelligencie et consilii ♂ ♃ ☿ ista faciunt multe loquele et intelligencie

Mores et qualitates anime nati magis natura mercurii quam alterius planete sequentur

Erit igitur natus de pulchris qualitatibus humanis bone racionis et intelligencie multe inquisitor et amator variarum rerum inconstans tamen facile agrediens facile desistens ecciam eciam quod fecerit penitens difficilis ad cognoscendum eius animus siue mens boni consilii amator sapiencie diligens perquisitor bonarum occultarum rerum

Et in rerum provision sollicitus divicias amab
et mature eas dispensans homines bonos et lega
les honorans et cum talibus frequencius conversacio
faciens altis hoimbus se gratum exibens eloquen
cie apte et disciplinate pro discendis aut legendis
libris aptus historias diliens et rerum gestarum
plocutor ho regimini aptus preter id solum quod
erit in magna parte impetuosus et multi iracundie
Et prompte in quam vehementer excandescet Vbeam
qz no nullas interdum exorbitaciones sive facta no
satis laudabilia faciet propter martem in ascende
te retrogradum et inde no nulla sibi veniet inco
moda vel in corpe vel in diviciis Ho erit veridicus
et qmvis sit iracundus et impetuosus a seipso tn eme
dabitur neqz in iracundia diu perseverabit propter
Iovem qui martem aspicit Et qz luna fertur ad satur
num de multis rebus mature ~~perseverabit~~ deliberabit que
ponet ad bonum ordinem ad rerum occultarum inquisitor
sollicitabitur In colendis rebus terre aut ~~extra~~
neis extruendis edificiis cogitatus fiet et versus
etatem provectiorem in his erit plus sollicitus fa
cileqz intelliget unum ex alio invidia no umqm
angariabitur propter saturnum in qrta ad quem fertur
luna Qui pro magna parte est dominator ascen^tis
in rebus venereis sollicitus et potens et no nul
las turpitudines admittens occulte tn propter vene
rem occidentalem in septia et martem in scorpione
in ascen^te Eritqz propter suas bonas providencias
ho magne reputacionis et laudis Et qm infor
tune non elevant supra dispositores no minum
bent nato gravitates ex suis moribus sed magis
honestas noisqz complitudo

Erit ex mercurio eciam sapiens in intimoniis
suo intendet consilio pro maiori parte raro alios
audiet et se ex aliis decipi estimabit secretorum
bonus retentor filidelisqz et in rebus suis for
tunatus amicorum quesitorum amator Et erit
In invencion rerum necessariarum Verumtn
quoniam mercurius in re est occidentatus a sole
et in mundo racione qrte tendentis ad occidens
Et iupiter in angulo terre Silr et saturnus ad que
fertur luna Quapropter erunt hii mores nati
non tam omnibus apparentes neqz sese in talibus
nacus vehementer et supra modum exercebit sed
mediocris erit honorum morum apparencia et
plus talia faciet In absconditis Vnde et ali
quarum scienciarum occultarum posset esse aptus
Investigator et quadrum interpretacionis so
morum iudiciis stellarum vel auguriis aut
rerum similium In requirendis aut diviciis
quodlibet mo erit gravis hoc est per vim nonumqm
aut quadam ingeniositatem no satis decen
tem requirens propter martem dominum sede in
III et in ascen^te retrogradum per huiusmodi
rarum fortunari se sciat

De fortuna atque sbd Nati

Fortuna atqz sbd nati Iuppiter principat dispositor
... dominus in loco ... partis fortune et Mars
dominus ... in ascendente et ... in octava aspiciens lune
in ... domo et ... dominus ... mars ... in ...
domo ... et ... dona ... luminarium
... bona ... mars ... hora
habitudinibus diligenter ... quod ... de sbd
nati patebit Iuppiter ... dominus ... fortuna Nati
... et illa ... ex rebus pos
sessionum et fortunas habebit ... absconditis

(fortuna ex fodinis) Aut in illis que foduntur in terra ut fodinis plumbi aut
aliis non parum prosperabitur: Signant autem divicias
(ad dom. 2 mars) ex aliquibus officiis et dignitatibus et eorum provi-
sione et gubernamento in quo ipse bene proficiet. Et
signat eciam mars dominus solis in ascendente adven-
tum aliquarum diviciarum ex parte eorum martialium aut ex
parte rerum belli aut hiis similium aut per mercaturam
rerum bellicarum aut hiis similium aut ex mercatura
ferri eris et cupri. Et quicquid talium natus attem-
ptaverit licet possit fructum accipere non tamen sine quadam
molestia vel extorsione et adveniet interdum pro illis occasi-
one [illegible] dampna et incurret lesionem in corpore
Omnia eciam que sunt circa conflacionem metallorum aut opera
alchimie non attemptet neque bellum nullo modo suscipi-
piat et eciam circa opera alchimie non intersit. Et
(ex 4 applicacione dom. [illegible]) quod ♃ aspicit 4 domum prosperitatis / signatur multe
divicie et magne ex parte mercatorum per bonum et iu-
stum modum si natus fecerit diligenciam et ad reges bo-
nos et nobiles [illegible] ♃ sit 4 apparens
(in 4 parte vite) in magna parte hereditabit divicias a mortuis
Et quod matutinus cum diurna sit [illegible] domus triplici-
tatis solis sed remanet quod in sua triplicitate apparens
de sub radiis solis quod in iuventute bonum habebit et
quod de re uxoria [illegible] non parum commoditatis [illegible]
illi aliqualis [illegible] nullis hominibus occa-
sione diviciarum in parte illa. In etate media propter
Lunam bene dispositam in nona [illegible] lucra
et per sapienciam et moderabitur eos suas bono modo. In
ultima autem etate licet se offeret [illegible] varia
fortuna [illegible] res suas perdere [illegible]
occasione [illegible] in etate illa vel [illegible] vel in corpore
periculo vel aliis incommoditatibus timere debebit: Ffor-
te sub [illegible] et adiutorio bona sua poterit aliqualiter
stabilire propter 4 domini 30 [illegible] moderamine [illegible]

Marte. Ex bonis eciam coniugis non parum emolumenti accipiet (de uxore)
et poterit nato quod Mercurius est octava 4 apparet et
fortuna cum sole in domo septima
In honore autem et exaltacione quod sol in septima domo
domo commendatur a venere ab una parte et a domino
ipso radio et aspectu Martis cum aspectu: Luna eciam in signo
masculino in aspectu saturni / et trino Martis. Unde signi-
ficant nato honores non mediocres ex magnanimitate et [illegible]
[illegible] aliquibus ex donacionibus et re uxoria et
ex multitudine [illegible] et rerum inmobilium. Et propter sapienciam
et bonum modum diligencie et signatur illi [illegible]
et [illegible] quibus ipse [illegible] vel propter
[illegible] aut eorum [illegible] aut propter [illegible] vel eos aliquos
[illegible] que extinguerit [illegible] in quandam oppressionem vel in-
iuria / pro eo quod mars impedit solem dominum eius aspectu. Et
quod sol [illegible] dominus decime in septima [illegible] ne
occasione [illegible] vel magnorum hominum incurrat aliquam dif-
ficultatem et distractionem rerum suarum [illegible] in re [illegible]
ad septimam domum. Divicie autem nati erunt satis
firme et stabiles propter 4 in angulo et ⊕ liberatum in
aspectu 4. Mercurius quod fortunatus propter [illegible] cauda dra-
conis in [illegible] [illegible] et diminucione
[illegible] nobilium

Ffratres nati [illegible] propter 4 in [illegible] laudabiles erunt [illegible]
homines honorati et potentes et propter [illegible] ffratrum in duo-
decima signatur quandam [illegible] vel alium [illegible]
Et quod [illegible] impedita in septima domo prosperabitur [illegible]
quod aliquis opprimetur vel angustiabitur in aliqua parte
de rege quod sol [illegible] domus decime. Et quod 4 [illegible] prosper-
[illegible] et trino liberabitur et evadent [illegible]
Et quod 4 [illegible] [illegible] [illegible]
et mediocrum. Ffratres ad [illegible] amor et studi-
[illegible] laude [illegible] et amorum et non
[illegible] dividet [illegible] partis [illegible]


"fitoest"

Et 2a domus ex domus 2a dom. ptis fortune et ea fortunat fit hoc quod status nati potest augmentari ex rebus eius fiet boni legalis et boni status et multi ex sane

De Coniugio Luna que est termino fiet ad Saturnum coniuncta in quarta orientali ex pte solis a . . . . . quarta. Significat coniuge nato ingeniosam et prudentiam adornata et personis bone et diuiciarum multarum Et quia sol et venus dant aspectus a in septima quod est ut dicit haliel fit hic coniuge notabilis domus diuiciarum et quod copiam diuiciarum habebit et ista na . . . . alii honorum excellentia Et quod mars dominus septime et dominus ptis coniugii et est in scorpione retrogradus in aspectu Significat quod natus amabunt mulieres et quod habebit lucrum ex pte mulierum et quod gloriabuntur per eo et quod diffidebunt frequenter de eius fidelitate Zambolowy ? . . . . natus non Mediocrem fortunam ex coniugio propter solis et veneris in septima et propter Martem in aspectu retrogrado faciunt quod natus aliquando contrariam habet pro tempore vel in aliis propter uxorem

1

:40:




Natus iste si bene educatus fuerit erit in magnum evadet hominem et ad satis altum gradum pervenire potest Circa sextum sue etatis annum a casu vel ruina custodiatur quod si non evenerit utique ab aliqua egritudine frigida vix evadet. Item circa . . . 29 anno gravis portendit egritudo saturnina Et in anno 36 aliqua molestie ex pte regis aut alicuius notabilis et potentis hominis quod si non evenerit, cadet in egritudinem calidam et bono . . . . . regnum . . . . . . evadere poterit Anno 41 incidet in egritudinem calidam aut in aliquod pericu . . . aut in manus inimicorum Et si hunc annum evaserit longo per hac tempore vivere poterit Alia tempora suspecta aut contraria in revolutionibus annorum videri poterunt

Erit autem Natus corpore fusius stature mediocris aut
parum infra, coloris mediocris In quorum dextro macula
vel tuberculum aut aliquod vicium facile paret. Erit autem
huius gravitatem pectoris et pulmonis dolores quos su
stinebit in renibus et in intestinis gibhoribus
et lesionem ferro excipiet propter natos. In genibus
eciam indisponetur et circa pedes. In auditu dextro
et circa aurem dextram futurum signabit. In sinistro
vero. Et pro maiori parte constabit occasione ipsius suis
egritudinibus propter immodestiam et temeritatem et res
venereas quas excessive attemptabit.
Erit Natus aliquis in moribus satis humanus constans
quod et verecundus honestus et amator probitatis lau
dis et rerum sublimium. curabit et attollatur hono
ribus et officiis. solum quod a iuventute bona exhibebit
institucionem, quod ad statum et rerum maiorum posset indu
ci amore et complacencia: Dolendum enim esset quod vis
bona celestis propter ignaviam eius directorum prece pu
ro deberet. Nam ad honores dignitates
et satis eminentem exaltacionem perveniet et ad dominia
consequi poterit satis decentes: Et si statum spiritualem
vellet amplecti satis laudabilem illum haberet
et beneficiis ecclesiasticis pulchre adornaretur et di
vicias non mediocres posset cumulare ex ipsis Si
autem statum delegerit secularem et voluerit matri
monio copulari Nancisceretur uxorem pulchram satis
et plane elegantem in moribus precipuam et alte ge
nealogie propter quam eciam in sua exaltacione et ex ea di
vicias assequi pro maiori parte poterit. Et plerumque ex
ea suscipiet pulchram | pro maiori tamen parte feminei

sexus. Masculos eciam paucos quia eciam si nati fuerint cito
morientur aut aliquis patientur egritudines. Cum vis ho
nore femellas possent esse sublimiores. Sorores
aut malos insolitos habebit rebelles. et sue actores
voluntate quorum occasione frequenter iniurias
bonis secte comparabit: Signatur eciam circa huius Nati
statum quedam satis honorificus laudabilis quod [illegible] In
tedium gravitates corporis tamen paret aut occasione
aliquarum egritudinum. Aut propter bona immobilia
et propter multas iniurias quas expertus ab hominibus
fecerit. Natus status non inferior reputandus
est omni et vita portendetur satis longa et quieta
nec multis implicata difficultatibus. hinc bonus
status augmentabitur fidelis nisi aliorum natorum constellacio
adversa trahat. post Mercurium huius Nati non valde
multa habebit plerumque vel non multos masculos et ha
bitura. Et qui nascentur superiores erunt nato In statu
et exaltacione, cum tamen corpus Martis et signi aspectus
inclinabit natus ad pulchre loquendum. ad multa
verbis promittendum non tamen [illegible] rebus satisfacere curabit
Quapropter plurimum attendendum erat ne mendacio assue
scat. Nam coniunctio ♃ et ☽ in suis dispositoribus
ad veritatem moneat, signum tamen aspectus quod sor
tis ad Mercurium quoque illius natum videbitur,
cum si a iuventute veritati adherere didicerit lau
dis amplitudinem et nominis celebrem famam multorum
quoque bonorum hominum amiciciam consequetur. varii status, po
tentum nobilium, doctorum et ingenio valencium, nimirum
habendum. Cum vis pro hac causa amicicia non multum
laborabit. Immo ipse parat pro amicicia consequenda

Laborabit et orabit. Immo plerumque inimicos mul-
tos generabit sibi et propter quandam tenacitatem odium et
malivolentiam multorum sibi adduci videbit. Ex ho-
minibus quorum ab eo mutuo vel molestentur vel negli-
gantur [illegible] secundum sapientes [illegible] et ut plurimum [illegible]
malefacta non rependet malefacta. Significatur etiam
nato Venerea [illegible] non multa secundum sapientes salva et
prospera que pulchre perficit et salutem reddit
honore [illegible] adornatus: dum modo non ne-
gligens aut [illegible] esse voluit. Nam si in-
diligens [illegible] fuerit [illegible] frustrari
que in hoc judicio [illegible] descripta sunt [illegible]
agit cum dispositionem materie susceptibile. Finis



Nove[mber] [illegible] 1 40 46 post meridiem equatis
[illegible] 1 29 36 p[ost] [illegible]
[illegible] natiuitate correcte

Judicium Natiuitatis [illegible] in aliquibus [illegible] magis
necessaria [illegible] [illegible] in astrologia [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] habita. Incipit
verbum [illegible] An Natus compleuit [illegible] annos
[illegible] astrologi [illegible] quatuor annos na-
ti [illegible] [illegible] aspectus et luminare
[illegible] impediantur [illegible] Ex aliis
[illegible] testimoniis signum quod natus volente deo comple-
uit annos [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] et Anno [illegible] 1406 in
Julio [illegible] potuit [illegible] [illegible] in [illegible]

Verbum sextum de duratione vite secundum ptholomeum et astrologorum principem. Quia ad hylech sine stratere
vite secundum alios astrologos designaret et quod ascenden
tem et aspirit a sole Nota nec stellas infor
ad ave tunia per directionem applicabit quidem aspectu in me
dio anni vigesimi quare ad illud tempus erit periculosum
Caveat tunc a rebus malos humores generantibus
prudeat sibi a periculis aque Bellum non ingrediatur
ludos militares ut hastiludia gladiatoria arte
seu dimicandi tunc posthabeat. Poterat tunc
apparere humiditas pectoris et quedam vena pulmonis
et discursus malorum humorum per corpus ad quasdam
corporis extremitates erit et multiplicatio spiriti et
renditas humorum apparebit erit tunc dispositio
ad curas sollicitudinesque nonnullas dierum quod teste
haly habenel nuncquam infortunium nisi infortuna ap
plicat ad stratere vite quod si directio strateris pervin
geret ad infortunium: quare huius anni pertran
sibit maximum ne ut dixi quia ptolomeus sit strateris
vite quod non sit in septima sexto si alazire cursso
ad quintum completus circa finem anni 30 nati obviabit stellas
opposito radio saturni et hoc tempus erit periculosum
pro corpore in quo similiter sit tempus cavere debebit et
ubi sibi bona attribuerit perficiant et tunc
anno periculosum poterit superare eo quod iupiter
non parum adiuvet virtutem infortunatorum si propter
ad octava anno autem 41 et 42 solis directio ad dictarum
infortunatorum oppositos applicabit radios quos si
natus superaverat longo tempore prospera posset venire
et isti sunt anni ex sua Nativitate magis periculosi
Preterea aliis annis possunt grandia venire impedi
menta forte eclipses futuras luminarium vel celestis
vel influxum qualem eorum in aliquo pestilencie venit
aut epidemias super horas in aliquo districtu vel terra
vel climate vel aliquo propter revolutiones annorum mali
gnas de quibus omnibus ad presens nichil intendere
tenemur

Sed pro singulis annis qualis potest petat astrologos et perlucid 279.
clius et quosdam annos revideat hoc et intentio sua de ipsis
suffinat que pericula vite attinere videntur
Verbum 3m de quali statu temporis vite: Dividitur vita in
tres etates. In statum scilicet iuvenilem virilem et senilem
et cuilibet earum specialis adaptatur planeta Et quia vis omnis
per totum tempus vite operatur nichilominus tamen earum for
titudine vel debilitate qui publica vite apparent
magis dispositio fortunium vel infortunium. Prima est
vite sub gubernamine Iovis qui quis est in sua exal
tatione: retrogradus tamen et in cadenti infortunis coniun
git: In etate prima aliud tempus status signat sed non
multe ad statibus ad conversione ab infimis et plu
rimis molestiis erit instabilitas fortune bona quod adquirere
poterit et perdere. Negocia sua erunt varia nec pro
voto tamen quod eius velle procedunt propter Iovis retrogradationem
Magnorum et potentum experietur inimicicias eo quod mars a 0474
sit domus medii celi: Verum propter eius casum et saturni
in detrimento superabit natus potens inimicos Et vi
debit de illis victoriam: Eo quod Iupiter sit potenciorem suarum
dignitatum, Egritudinibus mixta pars vite exposita erit
variis: periculis earum aquarum et variis persecutionibus
magis tamen clandestinis quam apertis: Designant autem
planete quod tunc habebit curam ad diligendum et quis
sa quorum gratia non parvas conferet difficultates aliena
autem est per virilis: a 30 anno inchoando Clemen
ciori erit honorarior quamvis grauia palletur af
frere potentum et ab eis honorum quedam insignia propter
filios autem aut filias nonnulle poterant emergere gra
vitates aut propter infirmitates aut alia pericula
vel eorum mortem: In hac enim etate satis prospera for
tuna accedebit quantum ad divitias et dominia et
consequenda et gubernanda Precium per se sibi vende
rat propter ad quam si pervenerit natus fecerit plures

In ea [illegible] et varia diversimode, nunc propter corporis
adversas valitudines, nunc propter diversas sollicitudi-
nes et curas. Nunc propter inimicicias et contentiones cum
Machinatores vero ista superius latius explicatum

Verum quod de corporis dispositione, hec notabiles stelle
reperiuntur in aspectu que non parum virtute habent in dis-
positione corporis in principali post Jupiter [illegible] Saturno
unde Natus erit stature satis alte, corpulentie me-
diocris, capillature plene, quamvis modicum ad
crispitudinem flecti possint. Capilli colore mellini.
In facie erit [illegible] et albus tendens ad ali-
Nasi. qualem ruborem. Nasi [illegible] dispositi. Oculorum
satis magnorum et pulchrorum, sed cum stelle nebulo-
se parum super orizonte elevate aliquali fortasse no-
ta consignabuntur. Vox autem erit mediocris. In com-
plexione caliditas cum humiditate apparebit, sed
utraque qualitas sub processu temporis mutabitur. Erit autem
propter signum leonis corporis magnum et habebit [illegible]
solis ad impinguationem aliquantulam. Verum propter ea
ex ventosis humoribus [illegible] proprium esse
[illegible]abitur. Caput vero [illegible] infortunia erit [illegible]
bus sanum et humoribus [illegible] et aliis reple-
bitur. Descensus autem humorum maiorum erit ad
pectus et pulmonem faciens multas molestias
In collo [illegible] defluxu potius aliqua [illegible]
apparere. In pectore erit strictus et va-
[illegible] difficultates et prefocatio ex fle-
gmate est si humida aut ab aliquibus [illegible]
[illegible]: Cetera membra melius valebunt
sed senciet circa renes [illegible] et [illegible] an-
[illegible] et membra virilia [illegible] indispositiones. Virtus
vitalis erit satis forte [illegible] et naturalis. Attractiva
retentiva debiles. [illegible] non nimium [illegible]
sed tenax. Sensus interiores satis convenienter dispositi

Liber erit Natus a talibus molestiis que [illegible]
[illegible], fortitudo corporis erit mediocris.

Verum quantum de moribus animi in libera potestate
sunt mores hominis. Inclinationem tamen ex celestibus acci-
piunt diversam ad varias morum habitudines. Apud
hunc Natum [illegible] et similes morum dispositor Jovis [illegible]
et Marte cum eo participantibus [illegible] quem [illegible]
Messahalla vocat maximum eo quod [illegible] superiores [illegible]
tur. Erit ergo propter Saturnum [illegible] et maturus [illegible]
in suis cogitationibus, [illegible] in suis consiliis [illegible]
[illegible] plerumque videbitur. Et amator erit plu-
rimum [illegible], incipiet thezaurizare et abscondere
sua. Et quia Saturnus cadens et retrogradus erit addu-
cens in natum mores illaudabiles et invidiam et
odium contra homines et eorum aspernationem. Addet
Mars [illegible] temeritate malivolentiam et ire
diuturnam retentionem. Et nisi Jovis ad [illegible] et [illegible] bene-
[illegible] accessisset [illegible] aliqualem [illegible] tali-
sset natus. Verum [illegible] saturnique
malivolentiam pulchre moderabitur, deducetque ad
honestas et laudabiles mores, legalitatem et
[illegible] natum sollicitum esse [illegible] [illegible]
magnis. Verum propter retrogradationem [illegible] delibera-
ta non [illegible] deducet in effectum [illegible] sine
[illegible] affectus. Et propter Mercurium in domo [illegible] erit [illegible]
[illegible] in consiliis [illegible] intima [illegible] sua [illegible]
[illegible] poterit [illegible]. Luna [illegible] masculina [illegible]
[illegible] mores [illegible] [illegible]. Venus Marti oppo-
sita in [illegible] faciet et [illegible] Veneris solli-
citum [illegible] actus attemptare [illegible]
Saturnus [illegible] mali [illegible]
[illegible] actus Veneris
ex quibus rebus [illegible] sequetur [illegible]: [illegible]

[Margin notes, right: illegible; left: "[illegible] in sexta domo [illegible]"]

Caveat ne aliquibus conflictibus aut meditacionibus de bri
cius propter eos veneris [illegible] se durat in [illegible]
Et quia stelle fixe proxime sunt orizonti orientali et ma
xime que est de cane minore Algomeysa dicta
qualitatibus natum ad claritatem et magnificenciam Ita
ut sibi plurima bona arbitrabitur. Excepto vehementer et
iracundus multe [illegible] & ob eam causam
multorum odia et inimicicias contra se sustinebit. Luna
propter ab iuventute etate [illegible] est quasi alia
natura quia laudabiles condiciones potest mores. Inclinabit
eciam ad venacionem Erit denique industris in diverse
dis subditis quibus preerit

Verbum sextum de diviciis et fortuna Nati [illegible] sunt
significatrix diviciarum accipitur a parte fortune et stellis fixis
et a dominis triplicitatis luminaris temporis. Iste cum bene

Divicie

[illegible]. Ex parte fortune in domo [illegible] constitu
ta decernuntur divicie et possessiones multe que [illegible]
[illegible], vel per donaciones amicorum vel gracia [illegible]
est [illegible]: Sed egredient eius divicie bo
na [illegible] Nam saturnus in aspectu [illegible] opposicionis re
[illegible] aspicit quia quando venus [illegible] et debi
lis. Ex amabilibus domesticis [illegible] divicias [illegible]
et ex [illegible] [illegible] sequi in
quo venus [illegible]: Stelle fixe in aspectu [illegible]
magnas quando decrescunt divicias Sed quia sunt de na
tura infortunatorum [illegible] stelle [illegible] quando [illegible]
natus consequetur et non per benivolenciam Sed per solli
citam [illegible] et ingenium [illegible] eo quod stella proximior
gradui orientali est nature martis et mercurii. Sol sextu
[illegible] parti fortune [illegible] Natus maiores
divicias quam bonis [illegible] habebit. Et [illegible] eum

Amor patris erga filium patris

amore a patre [illegible] alios filios et maiora com
moditate bona consequetur eo quod [illegible] fortune [illegible] et in

gradu [illegible] aspectu a sole et [illegible] signo [illegible]
aut in [illegible]: Luna quando [illegible] domus et [illegible]
[illegible] in [illegible] qui [illegible] ascendebat sole [illegible]
cum aspiciente et [illegible] de termino, hec [illegible] bona fortuna
[illegible] ne divicias consequendas [illegible] [illegible] que
quando bona principalia In [illegible] [illegible]
[illegible] portendunt in hoc nonnulla difficulta
tes [illegible] et inimicicie et impedimenta [illegible] honores sa
[illegible] et [illegible] [illegible] qui [illegible]
impedire in [illegible] propter hoc quod saturnus [illegible]
[illegible] opposito [illegible], et [illegible]
[illegible] opposito aspectu apud solem videt [illegible]
saturnus [illegible] talis [illegible]
[illegible] sol domus [illegible] domus [illegible] in [illegible]
et domus stella [illegible] [illegible] quare
[illegible] aut potencia nonnulla bona consequetur
Divicias aut [illegible] bona [illegible] neque [illegible]
expendendo neque [illegible] servando

Verbum septimum de fortuna in honoribus et exaltacione
Luminaria in signis masculinis: Luna quando in angulo
sol [illegible] in succedente: [illegible] aspectu et [illegible]
[illegible] de termino aspiciens: [illegible] medium celi est de
exaltacione solis et triplicitate. Iuppiter [illegible] saturno et
marti [illegible] in sua exaltacione Et stelle [illegible]
honorem [illegible] in aspectu, [illegible] nato magis
exaltacionem [illegible] aspectu ascendentis ad digni
tates et honores, neque erit inferior maioribus suis [illegible]
[illegible] officia alta, et venerabitur a multis [illegible]
quia Mars domus [illegible] in [illegible] saturno in suis digni
tatibus non carebit natus inimicis et [illegible]
[illegible] [illegible] causa [illegible] occulte
[illegible] machinantes quibus [illegible] officiis In
quibus [illegible] vel amonere possent vel impedire

Juppiter cum in sua exaltatione constitutus qui potencior est
in aspectu faciet natum superare suos adversarios et de illis
gloriam obtinere victoriam extra futurorum ex revolucioni-
bus apparere poterat

Verbum octavum cum status magis conveniat nato an
secularis vel spiritualis. Si natus delegerit statum spiritu-
alem propter Jovem dominum domus none in sua exaltatione
constitutum et cum benivolo intuitu radio ubi eciam ca-
put draconis reperitur. Signat illum magis sublimari
et honoris amplitudinem non mediocrem sed hoc erit cum
quibusdam difficultatibus adversitatibus et cum labore et im-
pedimentis plurimis propter casum ab angulo eorum solis
veneris et luminarium secundum tamen concipitur bona
et in eis constitutis erit in miseriis et odiis non care-
bit. Caput autem draconis multitudinem beneficiorum
portendit cum sit in domo Jovis et illud communiter signum
est bicorporeum unde geminabit beneficia. Si autem statum
delegerit secularem in eo ad dignitatis fastigium ascendere
poterit et officia tenebit alta et possessiones amplas

Verbum nonum de coniugio et prole. Si natus secularem
statum delegerit et matrimonium voluerit contrahere vi-
deat ne uxorem ducat etate provectiorem quia luna est
in septima in domo saturni. Et saturnus in domo
lune in duodecima unde erit gravis vel egrotativa [illegible] in septima
vel etate maior quam natus, et consequenter prudencia non ha-
bebit placida. Unde caute natus agat ne uxorem ha-
beat [illegible] ducat cum quo non habebit vitam sollennosam
videat eciam ne cum aliquibus mulieribus habeat fre- *[margin: Juratarios timeat]*
quentiam que conferre in[illegible] cederent nec aliquo
pacto juretur. Saturnus enim dominus domus uxoris in
septima constitute et in cancro cum marte et luna in
septima domo saturni non mediocrem tamen scandalum
[illegible] per coniugium et [illegible] et [illegible] radit in domum

fratrum in sagittario. [illegible] Ex hiis que ad coniugium attinent non
nulla experietur natus. Quoniam sol et luna de sextili conjun-
cti portendunt natum coniugatos concordia. Unde plus por-
tendit statum secularem quam ecclesiasticum et ob hanc causam
unde si experietur natus habebitur cum plures filias quam fi- *[margin: signum masculinum]*
lios eo quod signum quinte sit signum femininum et eius domi-
nus in signo femino erunt autem filii aut filie magis quam
filie infirmantes et debiles et breves vite eo quod
Mars motus cum saturno in quinta cuius occasione eorum natus
habebit molestias et sollicitudines et propter mortem eorum
angustiabitur pro deo. Quin autem superexcrescent erunt sta-
